Ad Schurmannam.

Nobiliss.ª Virgo.

Vide quam nulla mihi neque corporis neque animi digressio avellere illam vel intermittere valeat, perpetuam de virtute tua cum stupore cogitationem. Parum fuit quod, ut ~~[illegible]~~ facilius, comitis musas plaustro vexissem; ecce nunc inter ~~[illegible]~~ famulos, quo à tergo et à fronte habui, ~~[illegible]~~ medius discurrentes equos, ubi non quatuor horis Leidam vectus, ~~[illegible]~~ de te et ad te eos mecum sermones habui; eos, inquam, volando citius feci, quod ne Mercurio credas in mentem Euclidis tribuisse; ut nec ipsum alatum patrem ~~Daedalum~~ pulcherrimos illos quibus, quâ te digressione requiram, et quae sequebantur, aliâ quam prosâ oratione protulisse. At ~~[illegible]~~ Aethiopes minimi mali ~~[illegible]~~ ~~Aethiopibus [illegible]~~ neutri ne fando quidem innotuerat, quibus ego ~~[illegible]~~ tu currenti ~~[illegible]~~ fidelissime succurristi. ut ex eo stadio me proripiam ~~[illegible]~~, nummos illos mitto Gallicos A Warini alterum, alterum ab du Pré, praestantiss.orum artificum, atque in illo Regno maxime celebrium # utra manus utri praestet tu judicabis, et ni fallor, illam tuam omnipotentiam, ut in litera dixi, aegre ~~[illegible]~~ continebis ab iisce tantis viris ~~[illegible]~~ imitandis vel superandis. Eius quod accidit aliquando certior fieri aveo. Vale nobil.a Dna.

Hagae Com. 14 Ian. CIↃIↃCXLIX.

~~de quibus vel [illegible]~~ quos in pretio mihi esse dicebas,

dubito an superstitem